



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Festa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

quia verò, notab. 3. de elect. lib. 6. quod pro obitu Romani Pontificis à Clero & populo exequiæ celebrari mandantur; in illo textu, *pro Principibus temporalibus*, vide in exequiis Regis Philippi Hispaniarum de anno 1599. fieri à populo expensas, & sic audiui observasse omnes Prælatos regni in suis Ecclesiis, & sic observavi in Ecclesia mea Minoritensi.

## FEST A.

## SUMMARIUM.

1. *Quæ servanda sint.*
2. *Quomodo.*
3. *Quid evitandum à fidelibus concurrentibus ad festa quadam solennia.*
4. *Obligatio diei festi quando incipit.*

**A**d primum, vide Conc. Trid. sess. 25. c. 12. de refor. regul. & sunt omnes dies festi, quos quisque Episcopus in sua diocesi servandos præceperit, vide Cajetan. in sum. in ver. festa populo Christiano indulta quæ sint.

Ad secundum, vide idem Conc. ead. sess. c. de invoc. & venerat. reliq. & sanct. imag. §. illud verò, ubi multa pro practica habentur, quæ ab Episcopis pro facti Concilii executione prohiberi debent, ut commestrationes, & ebrietates, & omne inordinatum, & ea. sess. c. de delict. cib. jejun. & die fest. præcipit. Episcopus, ut faciant celebrare festos dies devotè, & religiosè, circa observationem, ab abstinentia operum servilium; vide eund. Cajetan. in violat. fest. & quæ licita, & illicita sint, ibi. & Syl. in ver. domini-

ca, & Nav. in Manual. ca. 13. animadvertant locorum Ordinarii, ne penas contravenientium ad amissim exigant, & sibi eas applicent directè, vel indirectè, & præcipere, ut solvant tot libras ceræ, vel quid simile, quia id vivæ vocis oraculo Greg. XIII. prohibuit, ut mihi quidam Illustrissimus Cardinalis dixit, alias habebant Deum ultorem. In dieb. festis nundinæ, seu mercato fieri non debent, sed transferri in alios posteriores dies. In monasteriorum, seu Ecclesiarum septis, seu atris, seu porticibus non permittere debent locorum Ordinarii, vendi bellaria, & ut vulgò vocant, tarallos, panes dulciarios, sive copetas, & alia hujusmodi, nec ibi fieri comestrationes, vel choreas, aliave hujus generis. Concil. Provinc. Neapol. cap. 10. de domin. fest. diob. Consent. provinc. sess. 1. c. de festa. diob. obser. & Bulla Pii V. cap. 2. de immun. Eccles. §. cessent. lib. 9. & §. ordinarii, ibidem præcipit, ut prælati id faciant observari, & Conc. Provinc. Benevent. sess. 2. cap. de fest. obser. sed stante aliqua necessitate nundinæ, seu mercatus fieri possunt post vesper. vide c. 1. de feriis, Bull. Pii V. quæ est 5. & incipit Cum primum.

Ad tertium, vide Conc. Tolet. XI. c. 19. quo turpia cantica & choreæ scæminæ septis, porticibus, ac atris Ecclesiarum prohibentur fieri monitionibus ac censuris ecclesiasticis, ita auctor Sum. Conc. in Concil. Basilien. sess. 21. §. turpem, & c. irreligiosa, de consecrat. dist. 3. Quæ possunt fieri, & fieri permitti possunt die festo, & facta non infringi, ne-



que annullari queant? Respondetur, ea, quæ tempore essent peritura, ut piscatio quarundam piscium specierum, metere frumenta, colligere alia legumina, ea seminare, & tritare, colligere olivas, fœnum, vindemiare, & alia hujus generis, quando probabiliter esset periculum, ut temporis pluviosi, & quid simile, *c. licet.* & ibi Ioan. Andr. *de fer. notarius instrumenta conficere*, Maran. 6. *par. act. 4. n. 86.* processus capiendi suspectum de fuga, *ibi 6. p. mem. 1. nu. 62.* porrigere libellum, quando periculum esset in mora, *gl. in c. placita, 15. q. 4.* Maran. *ibi. mem. 3. num. 20.* præsentatio scripturarum, *ibi act. 8. n. 43.* fidejussio, *ibidem. nu. 63.* appellari, *ibi. tit. de appellat. num. 154.* & alia multa, *ibi. act. 10. num. 39. act. 11. num. 4. act. 6. n. 7.* vide Fel. *in c. significavit, de judic. Navar. cap. 13. num. 6.* & ibi permulta, & Syl. *in ver. dominica.*

Quartò, quando incipiat obligatio diei? Respondetur quod à media nocte præcedentis diei ad mediam sequentis; ita consuetudo optima legum interpretis. Sylvest. *loc. cit. num. 5. in fine*, Navar. *ibi. numer. 5.* facit *l. more Romano, C. de feriis.*

## GABELLA.

## SUMMARIUM.

- 1 Quis eam imponere possit.
- 2 A quibus non solvi debeat.
- 3 Pro quibus rebus non debeat solvi Gabella.
- 4 Quis cum teneatur solvere, emptor, an venditor.

AD primum, omnes domini temporales, non recognoscens superiores, ut Papa, Imperator, vel consuetudo cujus non est memoria, Abb. *in c. super quibusdam, nu. 1. & 6. de verb. signific. Rex, Principes, Republicæ etiam Collaterales regni Neap.* quia quicquid faciunt, agunt nomine regio. Navar. 6. 27. *num. 61.* Cajet. *in sum. verb. vectigal, cap. 2. num. 2.* Soto *lib. 4. q. 3. art. 3. de just. & jure, Medina C. de restit. 13.* Ang. *in verbo pedagium, §. 2.* & citra hos omnes imponentes novas gabellas, vel veteres impositas augentes, sunt excommunicati in Bulla Cænæ Domini, patet omnibus; & sub hoc nomine gabellæ, intelligo omnia sua synonyma, ut pedagium, doanam, guidagium, collectas, &c. Ang. *ver. pedagium. Sylvest. in ver. gabella. 4.* Nav. *c. 17. num. 201.* ubi animadvertere debent locorum Ordinarii, quia multas civitates & oppida video incidere in hoc putantes id sibi licere.

Ad secundum, vide Sylvest. *in ver. gabella, 3. per totum*, & quæ dixi *in ver. Clericus, §. 9.* & generaliter à personis ecclesiasticis prohibentur exigi, patet apud omnes Scribentes, alias sunt excommunicati, per *c. quanquam de cens. Navar. loc. cit. notab. 74.* & hoc pro rebus provenientes ex redditibus ecclesiasticis patrimonialibus, & quæ ferunt ad usum proprium, Covar. *lib. 1. cap. 4. num. 3. & 4. var. resol.*

Ad tertium, nec pro rebus ad usum proprium portatis, *l. Universi, C. de vectigal. Syl. in ver. Gabella, 3. num. 14.* & 15. Nava. *c. 17. numer. 202. notab. 74. ver. an autem.* Cajet. *in sum. in ver. vectigal. §. 4.*

Amil.